aut exempla proferentes, aut enthymemata, & præter hæc nihil quodammodo. Quare ſi etiam omnino neceſſe eſt, ſyllogiſmo aut inductione vtentem demonſtrare quodcunque, aut quencunq. (manifeſtum autem eſt nobis id ex Analyticis) neceſſariò vtrumque ipſorum cum vtroque horum idem eſt. Quæ verò ſit differentia exempli & enthymematis apparet ex Topicis. Ibi enim de ſyllogiſmo, & inductione dictum eſt prius. Nempe cùm in multis & ſimilibus demonſtratur, rem ita ſe habere, ibi quidem inductionem eſſe, hic verò exemplum. At cùm quibuſdam poſitis aliud quid ex his euenit pręter hęc, eo quòd hæc ſint, vel in vniuerſum, vel plerunque, ibi quidem ſyllogiſmum, hîc verò enthymema vocari. Apparet autem etiam vtrunque habere bonum ſpeciem Rhetoricæ. Nam, quemadmodum in Methodicis dictum eſt, etiam in his ſimiliter res ſe habet. Sunt enim aliæ quidem exemplorum plenæ orationes: aliæ verò enthymematum. & oratores ſimiliter, alij quidem exemplis delectantur, alij verò enthymematibus. Et ad perſuadendum quidem non minus valent orationes, quæ exemplis conſtant, perturbant verò magis, quæ enthymematibus. Cauſam autem ipſorum, & quomodo vtroque vtendum, dicemus poſterius. Nunc verò de his ipſis apertius, & diſtinctius diſſeremus. Quoniam enim quod appoſitum eſt ad perſuadendum, alicui appoſitum eſt, & vnum quidem ſtatim eſt appoſitum ad perſuadendum per ſe, & credibile, alterum verò, quod demonſtrari videatur ex talibus, & nulla ars conſiderat ſingulare, vt Medicina, quid Socrati ſalubre ſit, vel Calliæ, ſed quid tali, vel talibus (hoc enim artificioſum eſt, ſingulare autem infinitum, & ſub ſcientiam non cadens) ne Rhetorica quidem ſingulare probabile intuebitur, vt Socrati, vel Hippiæ: ſed quod talibus, quemadmodum etiam Dialectica. Etenim illa ſyllogiſmo concludit non ex quibuſlibet (apparent enim quædam etiam iis, qui delirant) ſed illa quidem ex iis, quæ ratione indigent: Rhetorica verò ex iis, quæ in conſultationem venire conſueuerunt. Eſt autem munus ipſius & de eiuſmodi rebus, de quibus conſultamus, & artes non habemus, & apud eiuſmodi auditores, qui non poſſunt ex multis contueri, neque ratiocinari longius. At conſultamus de iis, quæ videntur poſſe ſe vtroq. modo habere. De iis verò quæ fieri nō poteſt vt alitèr vel facta ſint,

A ἢ παραδείγματα λέγοντες, ἢ ἐνθυμήματα· καὶ παρὰ ταῦτα οὐδέν πως. ὥστ' εἴπερ καὶ ὅλως ἀνάγκη συλλογιζόμενον, ἢ ἐπάγοντα δεικνύναι ὁποιοῦν, ἢ ὁντιναοῦν· δῆλον δ' ἡμῖν τοῦτο ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν· ἀναγκαῖον ἑκάτερον αὐτῶν ἑκατέρῳ τούτων τὸ αὐτὸ εἶναι. τίς δ' ἐστὶ διαφορὰ παραδείγματος καὶ ἐνθυμήματος, φανερὸν ἐκ τῶν τοπικῶν· ἐκεῖ γὰρ περὶ συλλο- B γισμοῦ καὶ ἐπαγωγῆς εἴρηται πρότερον· ὅτι, τὸ μὲν, ἐπὶ τῶν πολλῶν καὶ ὁμοίων δείκνυσθαι ὅτι οὕτως ἔχει, ἐκεῖ μὲν, ἐπαγωγή ἐστιν· ἐνταῦθα δὲ, παράδειγμα· τὸ δὲ, τινῶν ὄντων, ἕτερόν τι διὰ ταῦτα συμβαίνειν παρὰ ταῦτα, τῷ ταῦτα εἶναι, ἢ καθόλου, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἐκεῖ μὲν, συλλογισμός· ἐνταῦθα δὲ, ἐνθύμημα καλεῖται. φανερὸν δ' ὅτι καὶ ἑκάτερον ἔχει ἀ- C γαθὸν, τὸ εἶδος τῆς ῥητορικῆς· καθάπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς μεθοδικοῖς εἴρηται, καὶ ἐν τούτοις ὁμοίως ἔχει· εἰσὶ γὰρ, αἱ μὲν, παραδειγματώδεις ῥητορεῖαι· αἱ δὲ, ἐνθυμηματικαί. καὶ ῥήτορες ὁμοίως, οἱ μὲν, παραδειγματώδεις· οἱ δὲ, ἐνθυμηματικοί. πιθανοὶ μὲν οὖν οὐχ ἧττον οἱ λόγοι οἱ διὰ τῶν παραδειγμάτων· θορυβοῦνται δὲ μᾶλλον οἱ ἐνθυμηματικοί. τὴν δ' αἰτίαν αὐτῶν, καὶ πῶς ἑκατέρῳ χρη- D στέον, ἐροῦμεν ὕστερον· νῦν δὲ περὶ αὐτῶν τούτων μᾶλλον διορίσωμεν καθαρῶς· ἐπεὶ γὰρ τὸ πιθανὸν, τινὶ πιθανόν ἐστι, καὶ τὸ μὲν, εὐθὺς ὑπάρχει δι' αὑτὸ πιθανὸν καὶ πιστόν· τὸ δὲ, τῷ δείκνυσθαι δοκεῖν διὰ τοιούτων· οὐδεμία δὲ τέχνη σκοπεῖ τὸ καθ' ἕκαστον· οἷον ἡ ἰατρική, τί Σωκράτει τὸ ὑγιεινόν ἐστιν ἢ Καλλίᾳ, ἀλλὰ τί τῷ τοιῷδε, ἢ τοῖς τοιοῖσδε· τοῦτο E μὲν γὰρ, ἔντεχνον· τὸ δὲ καθ' ἕκαστον, ἄπειρον καὶ οὐκ ἐπιστητόν· οὐδὲ ἡ ῥητορικὴ τὸ καθ' ἕκαστον ἔνδοξον θεωρήσει· οἷον Σωκράτει ἢ Ἱππίᾳ· ἀλλὰ τὸ τοιοῖσδε, καθάπερ καὶ ἡ διαλεκτική· καὶ γὰρ ἐκείνη συλλογίζεται, οὐκ ἐξ ὧν ἔτυχε· φαίνεται γὰρ ἄττα καὶ τοῖς παραληροῦσιν· ἀλλ' ἐκείνη μὲν, ἐκ τῶν λόγου δεομένων· ἡ δὲ ῥητορική, ἐκ τῶν ἤδη βου- F λεύεσθαι εἰωθότων· ἔστι δὲ τὸ ἔργον αὐτῆς, περί τε τοιούτων περὶ ὧν βουλευόμεθα, καὶ τέχνας μὴ ἔχομεν, καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀκροαταῖς οἳ οὐ δύνανται διὰ πολλῶν συνορᾶν, οὐδὲ λογίζεσθαι πόρρωθεν. βουλευόμεθα δὲ περὶ τῶν φαινομένων ἐνδέχεσθαι ἀμφοτέρως ἔχειν· περὶ γὰρ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἢ γενέσθαι, ἢ ἔσεσθαι